Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



eñ scriptum est per prophe
tam. Et tu bethleem terra iu
da nequaquam minima es inpri
cipibus iuda. exte eñ exiet dux
qui regat plm meum israel.
Tunc herodes clam uocatis
magis diligenter didicit ab eis
tempus stelle que apparuit eis
Et mittens illos in bethleem
dixit. Ite et interrogate diligenter
de puero. et cum inueneritis renu
ate mihi ut et ego ueniens
adorem eum. Qui cum audissent
regem abierunt. Et ecce stella
quam uiderant in oriente ante
cedebat eos usq; dum ueniens
staret supra ubi erat puer. Vi
dentes autem stellam. gauisi sunt
gaudio magno ualde. Et intra
tes domum inuenerunt pueru
m cum maria matre eius. Et pro
cidentes adorauerunt eum. Et ap
tis thesauris suis obtulerunt
ei munera. aurum thus. et mur
ram. Et responso accepto in
somnis ab angelo ne redirent
ad herodem. per aliam iam re
uersi sunt in regionem. Qui
cum recessissent. ecce angelus
domini apparuit in somnis
ioseph dicens. Surge et acci
pe puerum et matrem eius et
uade in egyptum. et esto ibi dum
dicam tibi. futurum est enim
ut herodes querat puerum ad
perdendum eum. Qui consurgens
accepit puerum et matre eius
nocte et secessit in egyptum
et erat ibi usq; ad obitum he
rodis ut adimpleretur quod dic
tum est a domino per prophe
tam dicentem. Ex egypto uocaui
filium meum. Tunc herodes
uidens quia illusus esset a ma
gis iratus est ualde. Et mittens
occidit omnes pueros qui erat
in bethleem et in omnibus fini
bus eius. a bimatu et infra se
cundum tempus quod exquisi
erat a magis. Tunc adimple
tum est quod dictum est a domino
per hieremiam prophetam dicen
tem. Vox in rama audita est plo
ratus et ululatus multus. Ra
chel plorans filios suos et no
luit consolari quia non sunt
Defuncto autem herode ecce an
gelus domini apparuit in somp
nis ioseph in egypto dicens. Su
rge et accipe puerum et matrem
eius et uade in terram israel.
Defuncti sunt enim qui querebant
animam pueri. Qui consurgens
accepit puerum et matrem
eius et uenit in terram israel.
Audiens autem quod archelaus
regnaret in iudea pro herode pa
tre suo timuit illuc ire. Et admo
nitus in somnis secessit in partes
galylee et ueniens habitauit ciui
tate que uocatur nazareth. ut
adimpleretur quod dictum est
per prophetas. quia nazareus
ui diebus III. Quocabitur
autem illis. uenit iohannes bap
tista predicans in deserto iudee